

I : VERSION

Réflexions sur le bon usage des richesses

Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales : prodigi, qui efulis et uiscerationibus et gladiatorum muneribus, ludorum uenationumque apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam omnino sint relicturi ; liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt aut aes alienum suscipiunt amicorum aut in filiarum collocatione adiuuant aut opitulantur uel in re quaerenda uel augenda. Itaque miror, quid in mentem uenerit Theophrasto, in eo libro quem « De diuitiis » scripsit, in quo multa praeclare, illud absurde : est enim multus in laudanda magnificentia et apparitione popularium munerum taliumque sumptuum facultatem fructum diuitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla posui, multo et maior uidetur et certior. Quanto Aristoteles grauius et uerius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admirremur, quae fiunt ad multitudinem deleniendam. Ait enim qui ab hoste obsidentur, si emere aquae sextarium cogerentur mina, hoc primo incredibile nobis uideri omnesque mirari, sed cum adtenderint, ueniam necessitati dare, in his immanibus iacturis infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari, cum praesertim neque necessitati subueniatur nec dignitas augeatur.

Cicéron, *De Officiis* II 16

II : COURT THÈME

Personne n'est ni tranquille, ni sage, ni bon, ni heureux, qu'autant qu'il connaît son instinct et le suit bien fidèlement. Que ceux qui sont nés pour l'action suivent hardiment le leur ; l'essentiel est de faire bien. S'il arrive qu'après cela le mérite soit méconnu et le bonheur seul honoré, il faut pardonner à l'erreur : les hommes ne sentent les choses qu'au degré de leur esprit.

Vauvenargues, *Réflexions sur divers sujets*